



Misc. V, 5. Fol.

M. II, 6

COMMENTATIO  
DE  
NEGOTIO  
PACIFICATIONIS  
INTER GENTES  
QVA  
IVRA ET OFFICIA  
PARARII PACIS

EX  
ACTIS PVBLICIS GENTIVM  
ET  
LEGATORVM COMMENTARIIS

PENITIVS DISPICIVNTVR

A

IO. CHRISTOPH. L. B. DE SCHLEINITZ

BRVNSVICENSI.

---

HELMAESTADII  
LITERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII  
ACAD. TYPOGR.  
MDCCLXXXI.

COMMENTARIO  
DE  
NEGOTIO  
PACIFICATIONIS  
INTER GENTES  
OVA  
IVRA ET OFFICIA  
PARARI PACIS

ACTIO  
LEGATORIA  
PACIFICATIONIS  
INTER GENTES



IO. CHRISTOPH. L. B. DE SCHLEINITZ  
BRUNNEN

HELMSTADTII  
LITERIS FVALLI DIERICHI SCHORRII  
ACAD. TYPOG.  
MDCCLXXIII





CAPVT I.

DE

PRVDENTIA CIRCA CON-  
STITVENDOS CONCI-  
LIATORES PACIS.

SVMMARIVM.

§. I. Quid sit mediator, exponit.

§. II. docet, arbitror, duplicis esse ge-  
neris.

§. III. arbitros iudices apud Germa-  
nos fuisse vfitatiffimos.

§. IV. Et medio aucto frequentiffimos.

§. V. sed declinante saec. XV. in de-  
suetudinem paulatim abiisse,  
quamvis aucto recentiori non desint  
eorum exempla.

§. VI. mediatoribus absolute opus non  
esse.

§. VII. nec vlli ius competere obru-  
dendi se in concilianda pace.

§. VIII. respici potius posse alterius  
studium sine iniuria.

§. IX. cuius causae indagantur.

§. X. neminem quoque cogi posse,  
ad spartam mediatoris suscipien-  
dam.

illud

§. XI. eam potius mutuo consensu con-  
stituendam esse, cuius cauetur ad-  
seruatio.

§. XII. ratione vitae generis sacer-  
dotes, feminas, priuatos ad munus  
illud obendum scilicet posse.

§. XIII. ratione perfectioris animi  
requiri notitiam negotii tractan-  
di, animam a partium studio ali-  
enam & moderatam, et & rati-  
onitatem.

§. XIV. Ex his qualitatibus aestiman-  
das esse respublicas, non habiles  
sunt ad pacem conciliandam.

§. XV. numerum mediatorum deter-  
minari a prudentiae reguli.

§. XVI. eosque locum tantum inueni-  
re inter gentes liberas, non in  
controversis principum cum suis  
ciuibus.

A

§. I.

§. I.



Vod in singulis hominibus arbitri sunt, qui illorum rixas suis vel consiliis vel decretis componunt, id inter gentes sunt pacificatores: Partes litigantes tanto saepe vexantur odio tantisque agitantur iris, vt vix locum aequitati relinquunt nec ob perturbationem mentis videant, qua ratione finis litibus imponendus sit. Opus itaque est aliorum interuentu, qui nullis partibus addicti litem aequa lance ponderant, duriores conditiones temperant & quid iustum, quid aequum sit vtrique parti non tantum apertius declarant, sed etiam rationibus persuadere student. Idem accidit inter gentes, inter principes mutuis odiis se inuicem prosequentes, qui bella nonnumquam acerrime protraherent, nisi alii officia sua interponerent ad pacem procurandam. Dicuntur illi voce, vtriusque Latini ignota, *Mediatores*, quos prisca aetas deprecatores, pacificatores, conciliatores, arbitros, pararios pacis, intercessores compellauit. Intelligimus itaque *Mediationis* vocabulo, officium, quo quis *medius inter partes belligerantes mutuo consensu constitutus omnem nauat operam ad pacem consiliis suis reducendam.*

§. II.

Duplex eorum genus ex moribus gentium obseruamus: alterum, quando partium consensu quis potestatem habet lites ex compromisso secundum aequas conditiones ex auctoritate decidendi: alterum eorum qui consiliis vltro citroque agitat de via & conditionibus pacis partes belli-

belligerantes admonent citra obligandi auctoritatem. a) Illorum dicto parendum omnino est, quia partes se inuicem ad obsequium obligarunt: horum autem consiliis contraniti licet belligerantibus, si eadem suis rebus non conuenire deprehendant: illi statuunt, & decernunt, hi consulunt & rationibus persuadent. Ab illorum decreto nec prouocare licet ulterius nec resillire: hanc enim regulam partes sequi velle promiserunt nec habent liberae gentes alium iudicem, ad quem causa deferri queat, nisi eum, quem sibi ipsae statuere voluerunt: horum autem sententiae habent tantum prudentis arbitrii vim, cui, prout rationibus solidis fulciuntur, litigantes accedere possunt pro lubitu. b)

A 2

§. III.

a) Vid. GROTIUM de I. B. & P. L. 3. c. 20. §. 46. ad quem locum dilucidate satis materiam explicat ZAGLERVS: dicuntur hi, inquit p. 598. in arbitratore, qui ut mediatores quidam partibus viam & modum, quo modo ipsimet controuersiam dirimere debeant, ostendunt, & alligant in meum hostem rationibus persuadendo interueniunt. Differentia ab arbitris, qui ad primum genus referuntur in eo, quod arbitri veri iudices sint, nec aliter arbitria eorum rata sint, quam si ordine iudicario processerint, & sententiam dixerint: sed arbitratores non sunt iudices, neque talem ordinem obseruant, neque etiam opinionationes eorum effectum sententiae habent, adeo, ut partes nec directe nec oblique cogi possint, ut eorum pronuntiato pareant.

b) Egregie patet illa differentia ex actis publicis gentium. In pace Veruinenti a. 1598. legatus praefatus romani partes arbitri suslinebat, & quum mediatoris saltem titulo vteretur, admodum eum legatus hispanus; pour ce que le legat s' estoit nommé Mediateur, il dit qu' il auoit esté chargé, de le respecter non seulement, comme Mediateur; mais aussi comme arbitre, & de suivre ses avis & ses conseils. vid. Memoires du Duc. D' ANGOULESME p. 169. id quod distinctius exponit MEZERAY abregé de L'hist. de France T. VI. pag. 184. en demeurant d' accord, que le Pape seroit le seul iuge des differens du Duc avec le Roy; que sa Sainteté le decideroit dans un an; que si elle mourroit avant ce temps-là, il y auroit après sa mort trois mois de trêues durant lesquels les parties conuendroient d'autres arbitres. Quum Poloni

§. III.

Prior modus bellum componendi longe frequentior antiquitus fuit, imprimis apud populos libertati adfuetos suis-

Poloni Suecique Lubecae a. 1653. congregarentur pacis conciliandae caussa, intercessore Gallico Venetoque legato, Suecique acris resisterent, urgebant Belgici legati, vt Gallus Venetusque, qui conciliationis munus adhuc sustinerant, arbitratorum partes susciperent, qua occasione Gallicus legatus de CHANVT distincte viriusque officii differentiam designat: *Les Ambassadeurs des Estats, qui n'estoient pas encore assez sçavans en l'affaire, ni en l'humeur des parties, voyant cette contrariété opiniastre pressoient qu'on leur demandast, comme de grace, de remettre aux Mediateurs en qualité d'arbitres, le jugement des difficultez qui les avoient arresez; ils se persuadoient que c'estoit en dernier remede que l'on devoit tenter, & que si il ne venoit, on auroit au moins la satisfaction de n'avoir rien obtenu de ce qu'on devoit faire. Mais le sieur Chanut leur dit qu'il avoit assez declaré ses sentimens de part & d'autre, sur les expedients qu'on avoit proposez, & les instances que l'on avoit faites, à fin qu'ils fussent acceptez. Mais quand à demander que les parties se soumissent à une sentence arbitrale, comme l'entendoient les Ambassadeurs des Estats, qu'il n'en seroit pas la proposition; premierement parce qu'il n'en avoit pas le pouvoir, que le Roy l'avoit chargé d'exercer sa mediation, & non pas un arbitrage; que ces choses estoient differentes; non seulement au plus, & au moins, mais encore en la qualité des offices; tel voulant bien rendre celui de Mediateur, qui ne se vouldroit pas charger de l'envie d'un jugement arbitral. En second lieu, qu'il sçavoit tres asseurement, que non seulement les uns & les autres reicteroient cette offre, mais qu'ils la condamneroient de presumption, de se presenter à estre juge de la cause des Rois. vid. Memoir. de CHANVT T. 3. p. 142. Rex Gallicae LVDOV. XIV. controuersis inter Anglos Belgasque ingravescens, non tantum deprecatoris, sed & arbitri officium obtulit. Ipse ad comitem D'ESTRADES litteris datis rem exponit: *Jous aïoütrez en suite que si ledit Roi & les Etats estiment que mon entremise puisse être utile, pour moyenner plutôt un bon accommodement, j'offre de bon coeur & avec une entiere sincerité, aux uns aux autres ma mediation, sans autre vüe ni intérêt que l'avançage & la reciproque satisfaction des parties, que je me proposerois pour unique**

obit



suisque principibus limitatem potestatem concedentes. Hi magis singulari certamine controuersias dirimere, quam taediofa iudiciorum via expedire voluerunt. Tales fuere germani omni aeuo; quibus testante VELLIO PATERCVLO a) insolens nouumque visum est, quod Roma iniurias iniustitia finiret & solita armis discerni iure termina-

obicit en toute ma conduite dans cette negociation, si mon offre est acceptée. Il y auroit même un chemin pour paruenir plutôt & plus certainement à la conseruation de la paix entre les deux Nations, qui seroit celui de me rendre arbitre de leurs differens, les soumettant à mon iugement. & s'obligeant de part & d'autre à l'accomplir, surseant cependant de commun les continuations de leurs armemens, en quoi même ils épargneront une grande dépense, qui doit deuenir fort inutile en cas, qu'ils s'accroissent. Mémoires D'ESTRADES T. 2. p. 375. Qui tamen regi p. 379. respondet: l'ai estimé à propos de laisser établir la Médiation, plutôt que de venir à aucune ouverture de l'arbitrage. Aliam differentiam arbitrorum adduxit WICQVEFORTIVS l'Ambassadeur L. 2. Sect. XI. p. 259. edit. 1680. La paix ayant faite entre la France & l'Angleterre en l'an. 1629. Les instrumens de part & d'autre furent mis entre les mains de quelques Ambassadeurs, qui s'y estoient employez comme Pacificateurs & non comme Mediateurs, pour en être les depositaires, iusqu'à ce, que les ratifications eussent été échangées. Mens eius ex inspectione exemplorum, quae attulit, apertius constat. Venetorum legati ZORZORZI & LVDOVICVS CONTARENO non tam arbitrorum, quam mandatariorum munus a rege Angliae acceperant, ut ipsi eius nomine pacem euderent, non interuenientibus legatis Anglorum: quare etiam pax Angliae nomine ab illis consignata est. Testatur illud CLERICVS la vie du Cardinal de Richelieu L. 3. p. 362. Le Traité fut signé le 24. d'Avril par Zorzozzi & Louis Contareno Ambassadeurs de Venise, qui avoient pouvoir d'Angleterre. Quamvis ergo Venetorum legati paci parandae intercederent, ita tamen a partibus Anglorum stabant, ut mediū dicendi non essent inter partes belligerantes, sed potius pacificentes, qui nomine regis Angliae pacta faciebant. WICQVEFORTIVS igitur maluit eos appellare, Pacificateurs, quam mediateurs: hoc tamen nomine eos compellat VASSOR hist. de Louis XIII. tom. VI. L. 26. p. 110.

a) L. 2. hist. c. 118.

minarentur. Tota aufregarum consuetudo testatur, Germanos frequentissime ad arbitros confugisse. Quae res apud eos longe antiquior est, quam ut vulgo in iure publico Germaniae statuitur, aufregarum scilicet originem ad saeculum XIII. vel ad SIGISMUNDI, immo vero, ut apertius erretur, ad MAXIMILIANI I. tempora esse referendam. Arbitros eligere in controuersis sciendis ita simpliciori iustitiae hominum primaeuae aetatis; ita genio nationum Germanicarum congruit, ut semper apud eos in usu fuisse, vero simillimum esse videatur. Arbitratores saltem perpetui cum conuentionales & familiarum tum legales, in recentius aeuum cadunt & tempore turbulento, quo lites ex litibus protrudebantur, constituti sunt copiosius. Iam saeculo nono aperta arbitrii permitti deprehenduntur vestigia, quae ex multis diplomatibus obseruauit OBRECHT vs. b) Possemus arbitratorum historiam hic penitus excutere & ostend-

b) Adducit OBRECHT *prodomo rerum Alsaticarum* p. 292. diploma LUDOVICI Germanici a. 873. datum, quo RATOLDVM episcopum Argentinensem iudicum hoc est comitum provincialium iurisdictione eximit, & electionem arbitratorum ei permittit: *hanc nostrae auctoritatis praecipionem fieri decreuimus: ut nullus hominum vel iudex publicus, seu quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesia baptismales vel oracula curtes villas loca vel agros seu reliquas possessiones memorati Episcopii ad causas iudiciario more audiendas vel freda aut telonea exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fide iussores tollendos seu homines ipsius ecclesiae tam liberos quam seruos fiscalinos & tabellarios distringendos ingredi audeat, vel ea quae supra memorata sunt, penitus exigere praesumat. Si quoque aliquae quaerimoniae aduersus iam dictam ecclesiam tam de rebus & hominibus liberis & seruis ortae fuerint, quae absque graui & iniquo dispendio dissimare nequiverint, iubemus, ut per idoneos circa vicinos & fideles nostros, fideliumque nostrorum homines plenissime sub sacramento inquiratur, & ad finem rite orque deducatur. In margine obseruat OBRECHT & in aliis diplomatibus, hanc formulam, e qua Aufregae originem traxerunt, occurrere.*

ostendere, quomodo non tantum apud gentes olim idololatrias, sed etiam apud christianos in medio aeuo sacerdotes sibi arbitrium in controuersis decidendis & in adornanda pace sumferint, quomodo in pacibus publicis provincialibus Germaniae arbitri constituti, quomodo tandem leges imperii ingressi sint, nisi harum rerum farago aliena esset a praesenti scopo.

§. IV.

Adducenda potius sunt exempla, quae inter gentes olim arbitros saepe numero constitutos esse probant. Multa eorum collegit GROTIUS in notis ad ius belli & pacis: a) alia addidit TESMARVS. & BÖCLERVS b) Nos prouocabimus ad ea, quorum tabulae publicae maximam partem existant, quibus arbitri vel accepti sunt vel sententiam suam exposuerunt. A. 1245. fratres vterini ex MARGARETA Comitissa Flandriae & Hannoniae nati de successione in Flandriam & Hannoniam disceptantes LUDOUICVM Sanctum regem Galliae & episcopum Tusculanum, legatum sedis Romanae arbitros constituerunt. c)

A. 1268.

a) L. 2. c. 23. not. ad §. 8. & L. 3. c. 20. not. ad §. 46.

b) TESMARVS in comment. ad cit. GROTII L. 2. BÖCLERVS in Diff. quae in turris p. m. 105.

c) Exilant compromissa apud LEIBNITZIVM codicis iur. gent. diplomat. T. 1. p. 29. ubi notatu dignum, eos expressis verbis pepigisse, ne arbitri ad iuris regulas pronunciant, sed aequitatem potissimum respicerent: Tandem, inquit, de voluntate & assensu praedictae Comitissae matris nostrae & amicorum nostrorum consilio in excellentissimum dominum Ludouicum regem Francorum illustrissimum, & venerabilem fratrem Odonem Tusculanum episcopum, apostolicae sedis legatum, unanimiter compromissimus, tali modo, quod secundum formam iuris & iudicii non sit in hoc arbitrio procedendum, cum tota terra praedicta per viam iuris parti alteri debere cedere dignoscatur; sed de terra praedicta debent taliter ordinare, quod virique partium de dicta hereditate partem assignent, secundum quod

A. 1268. & 1276. HENRICVS, Misnenfis marchio arbirer fuit in controuerfis monasterii Dobirlucenfis & nobilium nonnullorum. d) A. 1298. Reges Galliae & Angliae ad BONIFACIUM IIX. prouocarunt, quasi ad priuatum, vt lites suas dirimeret, in quo compromiffio notari merentur fynonyma arbitri, quibus in medio aeuo vfi funt. e) A. 1317. PHILIPPVS Longus rex Galliae & ROBERTVS comes Flandriae arbitrium IOANNIS XXII. tamquam iudicis fequuti funt. f) A. 1329. WENCESLAVS, Maffouiae Dux elegit IOANNEM Bohemiae regem arbitrum in lite cum ordine cruciferae militiae Teutoni-

quod eis videbitur bonum effe; ita videlicet, quod ambo capita ditorum Comitatum vni noftrum dare, vel alterum vni, & reliquum alii, vel partem alteri in Comitatu altero vel vtroque, prout eis bonum videbitur, poterunt assignare.

d) Vid. diplomata apud LVDEWIG reliqu. diplom. T. I. p. 99. & 112.

e) Edidit compromiffum LEIBNITZ. prodrom. Cod. I. G. p. 21. n. 16. Verba fequentia hic notatu digna funt. Tandem iidem reges per Speciales mittos & procuratores ipforum ad hoc ab eis mandatum habentes, in nos Bonifacium diuina prouidentia Papam IIX. tamquam in priuatam perfonam & dominum Benedicum Gaytanum, tanquam in arbitrum & arbitratorem, laudatorem, diffiniorem, arbitralem fententiatorem, amicabilem expofitorem, praecceptorem, arbitratorem, & difpofitorem & procuratorem fuper reformanda pace & concordia inter ipfos reges, ac fuper iis, quae ad pacem pertinent, & fuper omnibus & fingulis difcordiis, guerris, litibus, controuerfis, cauffis, quaefitionibus, damnis & iniuriis, petitionibus & actionibus realibus & perfonalibus atque mixtis, quae fuerant & erant feu vertebantur, & effe feu vtrius poffent inter ipfos reges occasione quacunque; de alto & baffo absolute & libere compromittere curauerunt.

f) Apud LEIBNITZ. Cod. I. G. diplom. T. I. p. 103. avons accordé & accordons ponre les deffus dictz nostre Seigneur le Roy le Comte, les bonnes villes & le pays de Flandres, que fur les dictes feutes, qui debueront fuffire foit pris le confeil de nostre Saint Pere deuant dictz, non mie comme de iuge. conf. p. 105.

tonicorum. g) A. 1332. IOANNES rex Bohemiae & Poloniae vna cum aliis adfœcis eiusque aduerfarius IOANNES Dux Brabantiae arbitri potestatem derulerunt PHILIPPO *Valeſto* regi Galliae, ea conditione, vt temporis definiti terminos prorogare poſſet. h) Quum A. 1352. OTTO Dux Brunſvicenſis & HENRICVS dux Lancaſtriae ob verba indecenter prolata certamine ſingulari dimicare, vellent, IOANNES rex Galliae ſeſe interpoſuit, iisque conſentientibus, arbitrari ſententia litem finiuit. i) A. 1386. SIGISMUNDVS Marchio Brandenburgicus & Io-

g) Diploma compromiſſi produxit *LYDEWIG* reliqu. diplom. Tom. V. p. 666. *tanquam in arbitrum, arbitratores ſeu amicabiles compromiſſorum conſenſimus ac etiam conſentimus, ratum habemus & gratiam, quicquid per ipſum dominum noſtrum regem praedictum tunc vocis oraculo ſeu per litteras ſuas petentes arbitratum & diſſenſum fuerit ſeu mandatum in praemiſſis & quolibet praemiſſorum, ſub poenis, quas parti arbitrium non ſeruantii, duxerit inſtigendas.* Conf. *CROMERVIN* de rebus Polonorum Lib. XI.

h) Habentur litterae in Cod. I. G. diplom. *LEIBNITZII* Tom. I. p. 139. ſq. Huc ſpectant verba p. 140. *Et pour ce les dictes parties & chacunes d'icelles pour eux, leurs allies & leurs aydants deſſus ditz, eſtablee perſonnellement en noſtre preſence de leur bon gré & de leur volenté, ſe ſont compromis en nous comme en arbitre, arbitrateur ou aimable compoſiteur, ſus & de toutes les guerres & diſcordz, debatz, querelles & controverſes, que chacune partie & parties a, & peut avoir, ont & peuvent avoir à preſent à faire les uns vers les autres, conjointement & diſviſement. Et paullo poſt: pourvons prononcer, declarer, determiner & ordonner des dictz diſcordz, debatz, querelles & controverſes toutes enſemble ſu particulièrement, une fois & pluſieurs, toutes fois & quames comme à nous plaira, durant le terme de ce compromis & la prorogation d'iceluy, ſ' il eſtoit prorogué & durer à noſtre pouvoir à ce faire juſques à la feſte ſainct Jean Baptiſte, qui ſera l'an mil trois cens trente trois. Ce adjoûté, que ſ' il nous plaiſt, nous pourvons allonger & proroguer le dict terme & le dict compromis, juſques à la natiuité de noſtre Seigneur enſuyvane en celuy an meſme, qui ſera l'an mil trois cens trente trois.*

i) Iſte rex ita eam appellat: *per noſtram ſententiam, & pronomiacionem arbitralem apud LEIBNITZ. Scriptor. rerum Brunſv. T. 2. p. 29.*

DOCVS ac PROCOPIVS marchiones Moraviae vt & reginae Hungariae MARIA & ELISABETHA WENCESLAVM imperatorem semper controuersiis inter se vertentibus arbitrum aduocarunt. k) Saeculum XV. copiosa exhibet exempla, quae hic recensere fastidiosum nimis foret. l)

§. V.

Sed declinante illo ipso saeculo, in desuetudinem paulatim abiisse videtur mos componendi lites gentium per compromissum: rariora saltem comparent exempla & intercessorum opera frequentius adhiberi coepit, vt GROTIUS suo tempore iam dixerit, spretam illam esse plerumque potentioribus viam. a) Nec sine caussa: postquam enim gentes sua inuicem negotia propius & altius intropicere, frequentiori inter se commercio frui, legatos adfidos adhibere coeperunt, commoda eorum & incommoda magis permixta & implicata sunt, suspiciones aduictae, studia magis in diuersum tracta, vt plena viderentur esse omnia infidiis, machinationibus, vtilitatis cupidine. Vix igitur securo animo licebat alicui totam controuersiae suae aleam committere & vnus arbitrio com-

k) Documentum exhibuit BALBINVS *Miscellan. hist. regni Bohemiae decad. 1. L. 8. epist. P. 2. epist. p. 177.* indubie confidentes, inquit, in ipsum compromissum, & veluti sincerum, fidum & aequum arbitratores, amicabilem compositorum & diffinitorem deliberate, bona fide, sine fraude & dolo, & virtute iuramenti praesiti compromissimus ex certis nostris scientiis per praesentes &c. Exstat idem in *Corps diplomatique T. 2. part. 1. p. 202.* cui ex LVNIGII *Reichs-Archiv* insertum est.

l) Citabimus tantum auctores, qui eiusmodi pacta per compromissi modum hoc saeculo inita fuisse lateque retulerunt. vid. LEIBNITZIVM *T. 1. Cod. I. G. diplom. p. 371.* Eiusdem *scriptores rer. Brunav. T. 2. p. 92. T. 3. praefat. p. 8. Corps diplomatique T. 3. Part. 1. §. 2.*

a) *L. 2. c. 23. in not. ad §. 8.*

modorum suorum decisionem relinquere. Sapientis saltem non est, ea ratione fortunam in discrimen vocare & per arbitri decisionem, a qua non datur prouocatio, de totius controuersiae summa periclitari. b) Ad stipulatur his rationibus historiae contentus: Eo enim tempore floruerunt reges in potentissimis regnis iisque cultioribus, qui omnium erant suspicacissimi. Galliae praeerat **LVDovicvs XI. TIBERIVS** ille Francicus, summe diffidens omnibus, praeter tonsorem, medicum, cubicularium, vilissimos homines, quibus se addecebat, ferens perpetuo discordiam inter vicinos, quorum dissensionibus suam muniebat securitatem. c) In Anglia habenas imperii tenebat **HENRICVS VII.** teste **VERVLAMIO**, d) apprehensionum & suspitionum plenissimus. Hispaniae imperitabat **FERDINANDVS catholicus**, callidissimi ingenii princeps, dissimulationum summus artifex, facilis ad suspicandum & futura ex praeteritis felici diuinatione coniuiciens. Horum imperantium indoles non facile permittit, vt se suaque commoda arbitrorum iudicio subicerent, quum satis ipsi pollerent viribus, ad lites suas dispiciendas & sopiendas. Post illud tamen tempus non desunt exempla gentium, quae res suas arbitris decidendas commiserunt, sed si Germaniam in primis excipias rariora sunt & magnis aetatum interuallis contigerunt. De pactis Veruinenfisibus supra iam explicatum. A. 1600. **ELISABETHA** Angliae litem de commerciis, quam cum Dano agitabat, ad Electorem Brandenburgensem regis forcerum, Ducem Meclenburgensem, **HENRICVM IVLIVM** Ducem Brunsvicensis regis fororium, tamquam ad arbitros

B 2

b) Vid. **BÖCLERVM** de quiete in turbis p. 1016.

c) Vid. **BYSSIERES** hist. Francicam T. 2. L. 15. p. 48.

d) **CAMDENVS** T. 4 p. 768.

bitros referri postulavit, Dano tamen abnuente. In causa palatina, qua Dux Aurelianensis in bona allodialia CAROLI LUDOVICI electoris palatini succedendi ius urgebat, non tantum arbitri intermedii, sed etiam arbiter supremus constituebantur, qui etiam a. 1702. rem totam pro palatino decidit. e) In electione dubia coadiutoris & episcopi Lubecensis Danum inter & Holsatos principes decretum arbitrorum, reginae Angliae ordinumque Belgii federati a. 1705. interpositum est, qui pro causa administratoris Holsatiae pronunciarunt. f) Vt alia silentio praetermitram, quae in imperio R. G. acciderunt, quod arbitris constituendis dudum adhaeruit.

§. VI.

Neque tamen arbitris neque pacis conciliatoribus opus est absolute: Nulla enim lege naturae praecipuntur neque ulli genti in alteram competit ius perfectum, sese ingerendi eius negotiis. Totum officium spectat ad humanitatem: intercessores potissimum consiliis suis opitulantur paciscentibus: consilium autem neque ex iure perfectio

e) Res dudum in contentionem venerat, compositione saepe frustra tentata: donec in pace Ryswicensi ad arbitros devolueretur, Caesarem nempe & regem Galliae, inter quos si nihil convenire posset, Pontifici Romano tanquam *Super-arbitro* res committenda erat. Arbitrorum sententia, in diuersum euntibus praesul romanus tandem suo decreto finem liti imposuit, cuius *laudum* exstat in FABRI *Staats-Canzley T. VI. p. 767.* & cum ceteris in *Europäischen Zerols P. I. p. 304. seqq.* Obiter de *superarbitro* notamus, etiam CROMWELLIUM Belgas a. 1654. in suis litigiis cum Galliae rege constituisse *super-arbitros.* ATTZEMA *saaken von staet en oorlogh. T. 3. p. 1082.* a. 1655. idem Heluetos in controuersiis cum Belgarum republica arbitros esse voluit, cuius rei documentum exstat in ATTZEMA *T. 3. p. 1177.*

f) Acta nonnulla vid. in *Staats-Canzley T. X. p. 706. seqq.* SCHWEDERS *ibictrum praetorsionum L. 2. Sect. 2. c. 16. p. 146.*



fecto proficiscitur neque in altero obligationem perfectam operatur, illud probandi & sequendi. Admiculi quoque nulla est necessitas, ut per regulas prudentiae conciliatoribus gentes superfedere nequeant. Maxima pars bellorum citra deprecatorum opem fuit composita citiusque saepius tranquillitas reducta est quam si pacificatores alii interuenissent. Abunde id comprobat historia pactorum omnis aevi nostroque tempore pax Rantadenfis, Ultraiectina, Rantadenfis, Badensis, Nistadenfis, Vindobonenfis sine ullius principis ope constituta est. Dantur tamen casus, ubi aliorum auxilia in pace facienda opportune commodeque aduocari possunt. Nonnumquam altera belligerantium pars belli infelicitate ita victori succubuit, ut non nisi iniquissimas pacis condiciones ab eo exspectare queat. Vel alter viribus praepollet nimis, ut omnia in illius potestate verti videantur nec facile resisti possit eius postularis, quae ope aliorum temperanda sunt. Pertinacia saepe occupauit animos pugnantium, ut malint bellum obstinate producere, quam conditionibus aequioribus adferri. Ad aliorum quoque regnorum securitatem interest, ut extinguantur prompto auxilio flammae, ne, paries quum proximus ardet, fortius conualescant & in viciniam extendantur.

§. VII.

Suadent ea momenta usum conciliatorum pacis & commendant, sed nemini ius parium, alteri operam suam obrudendi. Liberrimum est in statu naturali, ubi gentes omnes sunt aequales, quem quis velit adhibere ad reconciliandam cum aliis amicitiam. Tota res mutuo consensu nititur pactisque, ad quae ineunda libertas requiritur, cogi nemo potest. Nec perinde est, quis concordiae restituendae munus suscipiat; Fallunt saepe, qui

in diffidiis tollendis sincerum promittunt studium, alunt diffidia, callidisque consiliis belli fomenta subministrant, ut vel suo arbitrio debilitate partium maior accedat auctoritas vel dissidentes mutuis odiis cladibusque se atterant vel ipsi ex statu vicinorum turbulento sua commoda aucupentur. a) Alii iam partibus addicti sunt improbamque fucati cognitoris personam sustinent, quem nemo nisi imprudens suis rebus implicari patietur. Quod si etiam beneficii genus sit & officium decori, lites alterius dirimere, id tamen altero volente exerceri debet: tua, quod nihil refert, curare & percantari desinas. In acceptanda itaque alterius interpositione caute versandum, qui respuendus est, si e re nostra eius consilia non esse videantur.

§. VIII.

Respui autem potest oblatum pacificationis officium varias ob causas nec offerenti ex recusatione alterius subnascitur iniuria, quam bello vicisci posset; ius enim nullum habet, officium suum in pace pangenda interponendi. Quamuis moleste ferre queat, alterum suae civilitati in offerendo officio exhibitae non adurrexisse. a)

Prima

- a) Vid. HERTII *elementa praecl. civil. P. 2. Sect. 10. §. 22. p. 166.*  
 a) Offeritur saepe pacis componendae studium, quod honori sibi quis ducit, lites magni momenti per se esse compositas. Aegre itaque facit, si alter nolit deserre tuo desiderio honorisque expectati se reddere participem. Belgae a. 1667. LUDOVICI XIV. diffidia cum Hispanis tamquam pacificatores tollere satagebant, sed rege rem istam protrahente in partes Hispanorum inclinabantur, ut d'ESTRADES regi exponit *Mem. T. 6. p. 37. Qu' on n' auroit jamais pris cette voye, si votre Majesté eut eu assez de confiance en eux, pour les accepter, pour Médiateurs: mais que voyant, que votre Majesté a d' autres pensées & ne respondoit rien sur cette matiere depuis deux mois, ils ont sujet de croire, qu' elle prend d' autres mesures.* Angli quoque eodeni erat eadem pacificatio honorumque inuldebant Batavis, qui tanto

Prima caussa recusationis est, quando de religionis statu disceptatur; is autem qui medius esse vult inter religione armisque dissidentes per conscientiae vim temperare sibi non potest, quin in alteram partem nimis inclinetur. b) Eam ob causam pontifex Romanus ad pacem Ryswicensem conciliandam admitti non poterat: non enim tantum firmandus erat WILHELMVS Rex Angliae in possessione regni & IACOBVS II. penitus excludendus, sed etiam verendae erant difficultates quam plurimae circa caerimonias, quas ex voto nuntii apostolici principes augustanae confessioni addicti vix ac ne vix quidem exhibituri erant. c) STIEVVS equidem autumat, d) ali-

tanto studio hanc partem adfectabant, vt patet ex *Lettres d'ARLINGTON p. 238. Nous apprenons, que les Hollandois y travaillent aussi avec vigueur: Mais nous serons tres mecontents, au cas qu'aucune des parties prefere leur offre a la nôtre dans une affaire de tant de reputation.*

- b) Varia momenta hic attendenda esse monet STIEVE im Europäischen Hoff-Ceremoniel p. 321. Was die Religion betrifft/ so ist wiederum darauf acht zu haben/ 1) ob der Unterschied der Religion causa des vorgehenden Krieges gewesen/ entweder originaliter oder incidenter und nun bey dem darauf zu schliessenden Frieden das Religions-Wesen wieder einzurichten. 2) Ob nur sub praesentia religionis sich ein Krieg entsponnen mehr aber die exarsensio religionis darunter sey gesucht worden. 3) Ob der Krieg ex causis mere politicis, welche mit der Religion keine connexion haben/ entstanden. 4) Ob die passirenden Theile einerley Religion zugehörig/ oder 5) ob selbige dinsteyfer Religion sind.
- b) Magno conatu id egerat praefatus Romanus, vt durante bello neutras partes sequeretur, principes potius suis fieris adhaerentes frequenter sollicitaret ad arma ponenda. Gallus quoque etiam atque etiam officium eius commendans Traiectum ad Rhenum ad pacem tractandam selegerat, quo commodior videbatur esse locus legato pontificis sacris suis exercendis: ceteri vero moueri nullo modo poterant, ad acceptanda eius consilia. vid. *Memoir. hist de la paix de Ryswic. fol. 26. STIEVE l.c. p. 317. 322.*
- d) Infra adiciemus exempla feminarum, monachorum, priuatorum, qui cum

aliquem minus idoneum esse ad parandam pacem inter alios, si vel viribus longe inferior sit minusque potens vel ab iis, qui bella gerunt, longe remotus sit & disjunctus. At vero impotentia virium non statim obstat, quo minus quis pacis consilia agitare queat inter potentiores: eo magis alienus esse videtur ab illis praediciis, quibus potentiae opinio pondus addere solet. Priuati id munus obire possunt vtiliter, quidni debiliores respublicae vel gentes, si belligerantes de earum studio adhibendo consentiant. Neque vero munus deprecatoris requirit, ut consiliis suppeditatis robor adiiciat metumque incutiat iis, quibus ea proponuntur: iudicis magis ea erit auctoritas, quam deprecatoris pacis: iudicem autem nolunt inter se admittere, qui ad consilia dumtaxat alterius prouocarunt. e) Si regnorum distantiam respicias, non tam physice, quam politice erit aestimanda. Vicinia politica latissime se extendit & ad auxilii propinquitatem commodorumque coniunctionem examinanda est. Romanus imperator a Rufforum imperio distat longissime at vero quis negaret caesarem commode Ruffum inter & Turcam se interponere posse. Suecus vltimum septentrionem occupat, nihilo minus toties pacis negotia inter gentes Europaeas occidentem spectantes cum laude peregit. Si ita remotae a se inuicem habitent gentes, ut res suas non curent, non intelligant, fatis causae est, cur minus

cum fructu muneri intercessoris praesuerunt. Quamuis multiplicatis caerimoniis, aduclis congressuum publicorum pompa, obfuitus maiores in hoc negotio impendendos & decore gentium amplificato rariora ea sint exempla, tamen debiliores a potentioribus non semper respu ad pacem procurandam, ostendunt pacta pacis, quae ope Pontificis romani. Ducis quondam Sabaudi inter Gallos, Hispanos, Germanos, potentissimas gentes, coaluerunt.

e) Hoff. Ceremoniel p. 321.

minus idoneae sint ad eas dispiciendas. Olim illa ratio magis ad rhombum erat, quando populi non adeo magno regnorum intervallo distiti, se plane non interoscebant nec aliquid de publicis rebus, nisi per mercatores vel legatos eum in finem missos comperiebant. Nunc autem ubi apertius omnia patent & statim innotescunt, mutua auxilia a remotioribus quoque gentibus expectanda sunt.

§. IX.

Palmaria caussa, qua quis minus dexter est ad operam pacis pangendae aliis praestandam, in eo posita est, quando ita se gessit, ita se rebus publice agitatibus immiscuit, ita se vni vel alteri parti adiunxit, vt suspicionem incurrat, fauere se vni magis, quam alteri. Id ex variis indicis apparere potest. Suspectus enim aliquis redditur, si commoda sua & arcana domus longinquitate temporis arctius fuerint coniuncta cum quodam, qui bello est implicatus, vt iterum iterumque communem causam cum eo fecerit: a) Si non semel declarauerit, alterius accrescentem potentiam sibi molestam esse vel aequo animo

C a se

- a) Qui in eundem finem amice conspirant, eademque adminicula quaerunt ad eum obtinendum, non facile in aliorum gratiam suae inuicem utilitati detrahent, sed amicitiae mutare aliquid dabunt. Nunquam Gallia adduci potuit, vt Caesaris consilia interuenire pateretur in litibus suis cum Hispano sopiendis. Quum a. 1650. Gallia reginae Sueciae annueret, vt pacem cum Hispanis sibi procuraret, arbitrabatur CHRISTINA, Caesaris ea in re operam non facile acceptandam esse: Elle lui dit, qu'elle se tenoit très obligée à leurs Majestez d'aggreer ses offres pour ce grand ouvrage, & qu'elle n'y conduiroit en sorte qu'elle n'auroient point regret de luy auoir desiré cet honneur: Elle demeura d'accord que l'Empereur ne pouroit estre admis en cette mediation, & ne crut pas que le Duc d'Amalsi eust eu intention de le proposer, estant trop éloigné de toute vray semblance, que l'Empereur pût apporter en ce Traité un esprit de Mediateur desintereffé. vid. Memoir. de CHANVT. T. 2. p. 154. conf. p. 162. 167.

a se non ferri: ideoque bellum malit protrahi, quam componi: b) Si federa cum vno vel altero olim facta viam ad interpositionem commode suscipiendam obseperint, vt libere de belli negotio iudicare & aequa ab omni parte consilia suppeditare nequeat: c) Si ipse quidem bello nondum

b) Propensissimus erat Caesar ad conciliandam pacem Belgas inter cum Gallo arctissime coniunctos & Anglos a. 1666. sed repulsam ferebat: Causam exposuit Belgarum legatus BEVINGENS in literis ad WIT-  
TIVM datis: *J'ai fait part au César des propositions que l'on vous a faites touchant la Médiation de l'Empereur; mais on n'a fait entendre qu'on ne pouvoit l'accepter, parce, dit on, que l'on sait que la Maison d'Autriche juge qu'il est de son intérêt que cette Guerre ne finisse pas si-tôt, sur tout parce qu'elle craint que la fin de celle-ci ne soit le commencement d'une autre entre Elle & le Roi de France.* Vid. *Lettres & Negotiations de LEAN DE WIT* T. 3. p. 536. seq. Conf. *Mémor. d'ESTRADES* T. 3. p. 54.

c) Si nempe federa propius accedant ad materiam belli sciendi, vel ea requirant, quae impediunt, quo minus princeps federatus omnibus consilia sua aequaliter dispartire queat, ubi requiritur, vt si medius inter belligerantes esse velit, federe pristino nuntium mittat, cuius promissa impedimento esse videntur, vel saltem ingenue federis conditiones iudicio partium omnium subiciat, num aliquid difficultatis ipsis procreent, sancteque adseueret, nihil eo federe integritati suae derogatum iri. Sueci probe hoc obseruauerunt a. 1666. quum fedus, quod cum rege Angliae pepigerant, scrupulos nonnullis iniectis, sollemniter declarabant: *Deinde quandoquidem in restablienda pace intentio sacrae regiae Maiestatis fida est ac sincera, nihilque suae Maiestati cordi magis ac curae, quam vt omnibus modis promouetur optima spes, quam concepit sacra Maiestas ex perspecto unanimi omnium in pacem consensu, idcirco cum videatur scrupulus vni alterius parti iniici posse, quasi non posset sacra regia Maiestas ob fedus, quod ipsi est cum Serenissimo ac Potentissimo Rege magnas Britanniae, medias partes agere; Sacra regia Maiestas tum hisce declarat, illaeso praedicto federe hoc fieri posse, cum in illo fundamenta sint talis mediationis officia, prout etiam Serenissimo ac potentissimo Regi magnae Britanniae eandem esse mentem ex eo indubie factis constat, quod Sacrae regiae Maiestatis interpositionem acceptarit, tum etiam contestatur, sese vt verum ac fidum mediatorem de-*  
cet,

dum sese immiscuerit, ad arma tamen contra gentem, quae bello decertat, arripienda promptum se paratumque ostentauerit adeoque hostilem prae se tulerit animum: d) Si quidem neutri bellantium partij accesserit, in armis tamen cum ea sit, cui sparta concordiae redintegrandae, vnanimi consensu iam commissa est. e) Praeterea multa

et, dum paci reducendae Sacra Maiestas allaborat, nihil quicquam hostile in vnius alteriusque fauorem aggressuram, sed mediam inter utramque belligerantium partem ea adhibituram amica studia, quae ad componendum ac sopiendum finemque hoc bellum pertinere posse visa fuerint. Vid. AITZEM A Saaken van staet en Oorlogh T. 5. p. 726. seq.

d) Eo nomine Danus suspectus nimii in Caesarem studii ab intercessionis munere a Suecis studiose detinebatur: ipse enim ac eius ministri iactabant non tantum, si Sueci pacem extraherent, se iunctis cum Caesare viribus Suecos ad eam amplectendam compulsum: vid. PVFEND. rer. Suec. L. 10. §. 87. 88. Sed quoque copiis vnicuique confectis infesta Sueciae consilia coquebat, crebris missionibus Russos concitabat, commercia Suecorum subruebat, itaque omnia pro imperio agebat, ut velut abrupta iam pace Suecis hostilia intentaret. vid. PVFEND. L. 15. §. 89. Quas ob causas quum Sueci bellum in eum decernerent, is munere conciliatoris primum respectu Suecorum, & post ratione totius pacis Osabrugae excidebat. Maximum obtulit a. 1673. nascebatur Angliae regi, qui pacem inter Gallos Belgasque pacare studebat, quod Gallis nimium addictus, Belgis contra infensus fuerit: TEMPLIVS hinc testatur: *Les seules difficultés, qui se presentoiert sur ce sujet etoiert celles, que l'on craignoit, que les Princes confederés fussent d'accepter la mediation du Roy a cause des engagements, qu'il avoit en depuis peu avec la France, qui le faisoient soupconner de partialité en faueur de cette couronne.* Memoir. de TEMPLE p. 33. 34. Alia exempla vid. in WICQUEFORT L' Ambassadeur L. 2. Sect. XI. p. 240. 349.

e) Hoc titulo CAROLVS XII. a. 1715. abnuu Caesaris interpositionem, qua turbas in septentrione exortas pacare cupiebat, dicens, regi christianissimo pacandi operam iam esse commissam, qui cum bello atrocissimo cum caesare implicatus sit, non posset intercessoris munus vna cum caesare commode peragere: bello autem finito se promissimum esse ad admittenda caesaris consilia: verba eius sunt ex litteris d. 6. Iun.

alia obftare poffunt, quo minus alterius votis in compo-  
 fitione belli fubfcribi queat. Interdum potentiores belli a-  
 leam experturi fortunae bellicae nimium confidunt, cuius  
 ope magis proficuas pacis conditiones obtineri poffe ar-  
 birantur. f) Saepe tot difficultates bellum intricatiffi-  
 mum circumftant, vt eas fuperari poffe fpes omnis decol-  
 let; immaturum igitur foret pacis negotium & fruflra-  
 neum. g) Si etiam dignior & potentior in reftitutione  
 pacis

Jun. 1715. Strallundi datis: Cum autem Maieftatis veftrae ad Portam  
 Ottomanicam legationis fecretarius curam & officiu Maieftatis ve-  
 ftrae in concilianda pace nobis ex mandato offerret, tantum abef-  
 et eadem recufauerimus, et potius auidiffime amplecteremur, confi-  
 denter flagitantes, velle Maieftatem veftram minus in reducenda  
 pace obftantem cum chriftianiffimo Rege, quod ille iam pridem id  
 ipfum fufceperat, poff pacatam Germaniam partiri. Eandem deni-  
 que mentem hae impulfi occasione cum noftra ad aulam Maieftatis  
 veftrae Secretario legationis nobis facere fideli a Sternboch datis,  
 ad illum die decima fexta Decembri facpius praefati anni Demoticae  
 praefcriptis, explicandam iuffimus, tum in finem inuicem, Ma-  
 ieftatis veftrae fummum officium Caefaream, quoad pax cum Gallis  
 coalfeeret, & per eandem mediacione validiffima Maieftatis veftrae  
 & Regis chriftianiffimi frui liceret, decenter exoptere. vid. Electa  
 iur. publ. T. IX. p. 52. Nec defunt rationes pro illa recufatione: e re  
 enim pacis tentandae non eft, vt tales adhibeantur arbitri, qui bello  
 fe inuicem laeffunt & diuexant: eorum confilia vix confpirare poff-  
 unt in eundem finem, vix amice conferri poffunt, ad producendos  
 fructus exoptatae pacis: diftracta potius in diuerfum moras ingentes  
 ei negotio iniicerent.

f) Exortis Anglum inter & Belgas grauiffimis fimulatibus an. 1664. Rex  
 Galliae Anglo offerebat fe in tempore iis tollendis interuenire velle,  
 regerebat autem Angliae Rex: es wäre ihm die Mediation des Al-  
 lerchriftlichften Königes feines Bruders fehr lieb und angenehmt  
 es fey aber diefes von den Holländern angefangene Werck fo weit  
 gebracht worden, daß Seine Majeftät notgedwungen fich zur We-  
 genwehre rüften müffen, und weil es schon ziemlich weit mit der Aus-  
 rüftung kommen wäre, als Könige folche nicht wieder retractiret wer-  
 den. vnd ausführ. Bericht von dem Englifchen Kriege p. 117.

g) Iam a. 1633. Daniae Rex circa pacem conciliandam quam maxime fa-  
 tagere



pacis repulsam tulerit, indecorum foret, operam dignitate inferioris admittere eiusque consilia audire: h) quamuis

C 3

tagere videbatur, & de eo studio OXENSTIERNAE significabat, hortatus, vt & ipse operam suam eidem scopo applicaret: ad quae hic regerebat: metueret se ne hostis iactato pacis vocabulo nihil aliud quaerat, quam vt ordines protestantes a Suecis diuellat; eoque, ne quis decipi velit, circumspicte haec procedendum. Noxios, non irritos solum fore tractatus. nisi prius inter socios conuentum fuerit, quae leges pacis ferendae aut accipiendae. Quae si in ipso demum tractatu sint expediendae, labente tempore hostem scopo suo potiturum. Ob multitudinem eorum, quorum interest, negotium hoc summis difficultatibus implicatum esse, quae discutiendae prius, & solidum tractatibus fundamentum subuertendum, si quid egregii effici debeat. Cumque a Germanis Principibus legati non nisi cum restrictis mandatis mitti soleant, quibus identidem domini sui consulendi sunt, in immensum extractum iri negotiationem, ni materia prius digesta fuerit, ac praecipue qua cautione pax sit stabilienda. Ipse rex Daniae postea perspectis rei difficultatibus pronunciauerat: *Salomonem si nunc viueret, omni sua sapientia opus habiturum ad pacem Germaniae dandam.* Vid. PUFEND. rer. Suec. L. 5. §. 56. p. 107.

h) Inuenit eam rationem legatus Gallicus, quum an. 1667. elector Brandenburgicus studium in litibus cum Anglo sopiens Belgis offerret: reiecto enim iam Caetaris petito, non satis consonum fuisse, electori annuere: *Les trois même députés Plenipotentiaires de Messieurs les Etats sont arrivez. & avant que de fermer cette dépêche ils sont venus tous trois, nous en communiquer une qu'ils ont reçue de leurs Maîtres, qui porte que Monsieur Brands Résident de Monsieur l'Electeur de Brandebourg à Londres, a demandé au Roi d'Angleterre, qu'il plût à Sa Majesté de recevoir son Ministre pour Mediateur dans cette négociation, ce qu'il lui accorde, & parvienne demande ayant été faite aux Etats, ils ont répondu que les Mediateurs avoient déjà été acceptez de toutes les parties, & qu'ils ne sçavoient pas si les Couronnes qui leur sont Alliées auroient pour agréable encore une nouvelle Médiation en cette affaire; Surquoi nous leur avons dit que nous en informions votre Majesté, & attendrions ses ordres; mais qu'ils sçavoient bien que l'office d'une semblable Médiation ayant été faite de la part de l'Empereur sans être acceptée, il en pourroit bien arriver de même de celle-ci.* vid. Mémoires d'ESTRADES T. V. p. 109.

uis iure naturae liberum sit gentibus, feligere, quemcun-  
que velint.

§. X.

Quemadmodum vero nemo inuitis partibus se inge-  
rere potest, ita quoque nemini fas est, cogere alterum ad  
officium compositionis pacis subeundum. Amicitiae &  
ciuilitatis genus est, ea interpositione alios deuincire,  
quod ex peti potest, violenter autem non debet extorque-  
ri. a) Nondum enim quis pacto sibi quaesiuit ius exi-  
gendi spartam intercessoris ab altero vel eum compellen-  
di, vt consentiat in cura pacis suscipienda. Officium prae-  
terea complacentiae nemini debet esse onerosum & mole-  
stum: intercessoris vero partes exercere, nonnumquam  
res anceps est & lubrica, in qua nemini obtrudendum, vt  
in aleam tantae molestiae se det regnumque suum. Pru-  
dentia quoque requirit, vt in decore obseruando expen-  
damus momenta omnia circumstantia temporisque op-  
portunitatem respiciamus, num nostris rebus congruat,  
aliis iam inseruire. Quando autem pacis arbitrium no-  
bis defertur, contingit saepe, vt eo officio amicorum no-  
strorum animos pungeremus, vt irretiremur aliorum  
simulacribus, vt res tot controuersis sit implicata, vt vix  
sperare liceat felicem operae nostrae euentum, vt dome-  
sticis malis vel ipsorum dissidentium studiis prohibeamur,  
quo minus munia pacificatoris induamus. Idcirco alter  
de

a) Eleganter hoc exposierunt Angli data responsione ad Russorum impe-  
ratorem a. 1720. Die Gefälligkeit / so der König haben wil / Meder-  
teur von einem Traicte zu seyn / der dem Czar so vielen Vortheil  
schaffen könte / ist eine unleugbare Drohe von der Zuneigung / in  
welcher Ihr. Majest. sich befinden / das gute Vernehmen mit Ih-  
nen fortzusetzen. Solte auch das publicum etwas an dieser Conduite  
zu tadeln finden / so würde es darinnen bestehen / das man andern  
Leuten zum Besten die Höflichkeit allzuhoch habe steigen lassen.  
vid. Electa tur. publ. T. X. 18. p. 1018.

de iniuria sibi illata conqueri non potest, si quis refugiat onus sibi oblatum nolitque paci conciliandae officia sua subministrare. b)

§. XI.

Quoniam autem, conciliatio litigantium ex humanitatis regulis profluit, cui nulla est inter homines perfecta obligatio, solet inter gentes liberas mutuo consensu ea ratione constitui, ut vel offeratur vel expetatur & ab altera deinde parte acceptetur. Offerre aliis suam curam & diligentiam, ad calamitates belli interuertendas, propensae voluntatis non tantum indicium est sed & mentis generosae, quae in aliorum miseriis mouetur & ad felicitatem eorum promouendam se accingit. a) Ante autem

b) Exempla eorum, qui pacificationis sibi oblatae spartam detraxerunt. vid. in AITZEMA p. 131. 283. 640. 648.

a) Luculenter id addicere licet ex proemiis litterarum, quibus pacis tractatio dissidentibus solet offerri: testantur enim plerumque amicitiam inliguem, pacis flagrantissimum studium, horrorem belli, aegritudinem ex miseria oppressorum, & quae animum in pacem propensum viterius declarare possunt. Suecorum regis litterae ad Belgas a. 1666. eum in finem datae continent ea omnia: *Sollicitudine permagna non solum iam tum afficiebatur, cum nobis nunciaretur triste & cruentum inter Serenissimum ac Potentissimum Regem magnae Britanniae, & vos subortum esse bellum: Verum etiam summpere haec sollicitudo aucta, postquam vidimus propagando huic incendio arma in dies hinc inde maiora expediri, alios quoque federatos nostros & vicinos eidem infelici quondam fato inuolui, non sine periculo latus sese & tandem in exitium orbis christiani extensurae inflammationis, ut opportune restringatur. Atque si quae arma luctuosa censenda, ea certe vel maxime commiseratione digna nobis videntur, quae eorum incolumitatem insistant ac conuellunt, quos federum nobis & amicitiae nexus iungunt. Intuentes itaque hanc rerum turbulentam ac periculosam constitutionem, non modo iam inde ab initio in votis semper habuimus, ut etiam bellum lacta pace quantocius sopiretur, sed & nihil antiquius duximus, quam si nostram operam, suaque nostra amicabili compositioni possemus commodare. Sic enim existima-*

tem exploranda erit aliorum in nos confidentia, quam studia nostra publice proponamus, num satis nobis credant, vt litium suarum disquisitionem nostrae sagacitati fideique relicturi sint, ne praeter necessitatem improbemur & repulsam nobis contrahamus. b) Alia res est, si expe-

 Abgesandten zu. Der Herr Mediator legte hierauf beyden Par-  
 theyen die gratulationes ab / und nach Verrichtung derselben begab  
 sich ein jeder Theil in sein Quartier / worauf sowol in dem Closter  
*Oliva*, als auch noch selbige Nacht zu Danzig/ wo König Johann  
 Casimir in Polen zugegen war / in denen Kirchen das *Te Deum  
 laudamus* gesungen/ und die Canonen gelöset wurden. LÜNIG. Th.  
 caer. T. 1. p. 877.*

- a) Conscientium partes litigantes de capitibus omnibus pacis eaque sua sub-  
 scriptione muniant sed vel aliorum causa, quo pacis negotio non  
 interfuerunt vel metu variorum motuum, si pax citius innotescat vel  
 spe utilitatum, quae ex silentio de pacis confectae contentis proma-  
 nare possunt vel negotiorum quorundam ad finem prius perducen-  
 dorum expectatione mouentur, vt pacta conuenta nondum in vul-  
 gus emanare patiantur. Differtur ergo publica pacis significatio, sed  
 non observatio, ut in pace Veruinenli factum: *Il fut aussi accordé  
 entre lesdits Ambassadeurs de France, d'Espagne & de Savoye,  
 qu'encore que la publication du Traité de paix fust différée pour  
 un mois, neantmoins pendant ledit temps toutes entreprises de guer-  
 re, & tous actes d'hostilité cesseroient, & que s'il y avoit contra-  
 vention par prise des places, prisonniers, ou autre chose, elle seroit  
 réparée de bonne foy, sans longueur ny difficulté. Mem. d'ANGOV-  
 LESME p. 357.*
- b) A. 1598. in pace Veruinenli legato apostolico tamquam arbitro pacis ta-  
 bulae traditae sunt, antequam publici iuris redderetur: *Après les  
 Ambas-*

quirere videtur, vt, si in loco congressus pax adnuntianda sit, id primum eius ope & cura fieri debeat c). Aliud tamen mutuo consensu plerumque decernitur & vel praelegendo per praeconem vel quod satius est adfigendo patentes litteras suis palatiis a quouis legatorum pax decreta intimatur. d) Quae litterae quoque mediatoris operam interdum postulant, quando pacificentes verentur, ne formulae

Ambassadeurs de France declarerent que le traité de paix d'entre les deux Rois & le Duc de Savoie, avoit esté leu & accordé entre les Ambassadeurs là presens, & qu'il ne restoit qu'à le signer, & remettre entre les mains de Monsieur le legat, comme il avoit esté arrêté. Ils leurent l'acte de ladicte remise, qui contenoit en substance, que ledit Traité de paix avoit esté remis entre les mains de Monsieur le legat, pour estre tenu secret & conservé pendant un mois, à moins que plustost les parties consentissent de le retirer & publier. Tous ledits Ambassadeurs engagerent la foy de leurs Maistres, pour l'execution dudit Traité, mis entre les mains de Monsieur le Legat, representant la personne du Pape. Après ledit Traité fut signé par tous ledits Ambassadeurs de France, d'Espagne & de Savoie. Mem. D' ANGOVLESME p. 349. sq.

c) Praevidetur D'ESTRADES in Iredano conuentu difficultates, quas mouere poterant Angli mediatores in pace publice edicenda, primas partes hac in sollempnitate sibi vindicaturi, si per plateas praeconis voce fieri deberet: La publication se fit sur les quatre heures après midi devant la porte de nos maisons avec des Trompettes, ainsi qu'on a accoustumé d'en user en de pareilles rencontres. Cette maniere de publier fut preserée à celle de crier par les carrefours, pour éviter les contestations qui auroient pu naître, & parce que nous aurions voulu que nos Trompettes eussent fait le premier appel, & les Ambassadeurs d'Angleterre n'en seroient pas demeuré d'accord. D'ESTRADES T. 6. p. 20. sq.

d) Commodissima ratio pacis publice declarandae esse videtur, quando litteras patentes pacem intimantes suorum palatiorum portis adfugunt legati: rem satis explicat D'ESTRADES T. 6. p. 21. Les Plénipotentiaires des Etats firent faire leur proclamation devant l'Hôtel de Ville, & mettre leurs affiches dans tous les coins des rues; nous crûmes que nos maisons representoient la France, l'Angleterre & le Danemarck, & chacun se contenta d'afficher l'ordonnance devant sa porte.

mulae loquendi in suum praedictum vergant: quare pacificatoris est, eas consignare & suam fidem interponere, quod paciscentes utriusque iis in pace publice edicenda sint vsuri. e)

§. VI.

Pace conclusa aliquid immutare, non competit mediatoribus: non enim interueniunt, ut ius reddant & pro auctoritate superioris lites decendant, sed ut rationibus & consiliis litigantes moueant, ad lites amice componendas. Pax nititur mutuo consensu paciscentium, quibus solis competit, eadem ratione alia prorsus statueri, quam quae pace continentur. Mutandi propositum, si pars vna vel altera eo tendat, reliquis indicare, consilia sua interponere, si recusetur ab aliis, id suis protocollis inserere, testimonia & documenta eius rei exhibere potest. a)

Y

e) Patet hoc ex pace Sueco-Hispanica Neomagi pacta: quum enim vtriusque de formula declarationis pacis dubia subnaferentur, Anglorum legati exhibebant formulam, quae ab utraque parte rata habebatur certumque reddebant Hispanum Suecumque peculiaribus literis, nullam aliam formulam adhibuitur iri: *Nos S. R. M. magnae Britanniae legatus extraordinarius & Plenip. ad tractatus pacis Neomagi institutos infra scriptum notum facimus ac testamur per praesentes, quod illustrissima & Exc. legatio Suecica nobis mediatio munere fungentibus declarauit, se formulam declarationis suae programmaticae praesentibus annexam in omnibus approbasse & acceptasse, eum in finem, ut pax inter coronas Hispaniae & Sueciae publicetur ac formetur; Promisit insuper & in se suscepit, quod auctoritate Seren. & Potentissimi Suecorum regis eadem declaratio Stockholmiae & Rigae in Liuania, 24. die Nouembrii sibi. vet. proxime futuri solemniter promulgabitur, prout in casibus consensibus huiusmodi est; in quorum fidem haec literae certificatorias manu nostra subscriptas, itaque sigillum nostrum apposimus. Act. & men. de la paix de Nimègue T. 4. p. 53.*

a) Luculentissimum exemplum praebet pax Rysuicensis, qua ad finem per-

ducta

bui potest: interpretari enim authentice & cum auctoritate est praescribere normam sentiendi de verbis in pacto adhibitis. Pararii vero pacis potestatem illam superioris vel pacifcentis sumere sibi non possunt, quae hic solis pacifcentibus adjudicanda, qui ius habent sententiam in pactis conuentis explicare & quis sensus esse debeat, mutuo consensu statuere. Potest pacificator mentem suam de sensu verborum pacis declarare, sed per modum consilii, non vero imperii vel obligationis. b)

§. VII.

ducta ordines imperii R. G. de art. IV. minus contenti petebant Galliae legatis, ut eius adserta mutarentur & congruentiora redderentur paci Westphalicae. Sed renebant illi aliquid mutari posse mentemque suam Anglis pacificatoribus declarabant, qui inferis omnibus suo protocollo hoc exhibebant documentum: *Messieurs les Ambassadeurs de France nous ont dit ces jours passés plusieurs fois, & en diverses rencontres au sujet du point de religion, que, la paix étant signée, & les ratifications prêtes à être déchargées, ayant déjà celle du Roi leur Maître entre leurs mains; ils ne pouvoient plus admettre de changement au sujet de la clause qui est insérée à la fin du 4. article du Traité de paix entre l'Empereur, l'Empire & la France, & qu'ils ne pouvoient pas se rendre à Ryswick pour en entendre parler. A quoi ils ont ajouté, que si les Protestans persisteroient à vouloir en traiter, ils proposeroient des choses, qui leur seroient, peut-être, moins agréables. Ils ont dit de plus, que les changemens dans les Reunions, étoient de peu de conséquence & ne donnoient aucune atteinte à la paix de Westphalie. Mem. de la paix de Ryswick T. 4. p. 136.*

b) Obiiciunt hic, quod in causa compromissi Heilbronensis prouocatum aliquando dicatur ad mentem & interpretationem arbitrorum: sed satisfecit huic obiectioni Cocceius de officio & iure mediatorum pacis §. 35. alia ratio est arbitri, qui sententiam dicit, alia mediatoris, quo parario partes pacifcentur: sententia est arbitri, in qua proinde arbitri mens inspicitur: at pactum est pacifcentium adeoque non nisi ex horum sententia interpretationem capis & proinde nullae plane hic sunt interpretandi partes mediatorii.

§. VII.

Tandem si quae invito pacificatore inreperint in pacis ambitum, quae vel iuribus sui principis & populi derogare vel pristinis pactis contraria esse videantur, prudentia & officium postular, publice dissensum testari & significare omnibus, per se non stetit, quo minus a paciscentibus ea fuerint approbata a). Non enim in po-

Y 2

testa-

- a) Interest saepe publicae tranquillitatis, ut multa transire permittant, quae alias iniquissima esse videntur pactisque pristinis aduerlantur. Operam & oleum perderent pacificatores, si mouere vellent pacificentes, cum primis potentiores & victoria elatos, ut cederent postulatis acerbioribus & iniustis. Satis ergo est, condonare quaedam, quam inani opera desideratissimum pacis negotium remorari. Dissensum tamen publicae testari, necesse erit, ne pacificatori vel negligentiae vel indulgentiae nimiae culpa adscribi queat. Sueci in pace Rysuicensi, ne suspicionem incurrerent, ea, quae paci Westphaliae aduerfabantur, suo consensu vel studio inserta fuisse, publicis litteris cauebant: *Cum praesenti pacis tractatu, ubi sacra regia maiestas Sueciae partes mediatoris sustinuit, haud parua sit facta mutatio pacificationum Westphalicae & Neomagensis, quarum virtusque sua regia maiestas iuxta cum aliis supremis potestatibus vindex est atque assertor, sua regia maiestas necessariam existimavit per nos infra scriptos suos legatos extraordinarios & plenipotentiarior declarare testatumque facere, quod alte memoratae suae regiae maiestati nihil magis cordi fuerit quam supra dictarum pacificationum conseruatio, & quod regia maiestas continuis in hunc finem studii eiusmodi a parte Galliae pronunciauerit promissa quae suae regiae maiestati omnem spem fecerant per pacis futurae tractatus intentione sua potiundi, sicut & constat, regem christianissimum tales condiciones durante hoc pacis negotio proposuisse, quarum virtute urbs Argentinenfis cum suis dependentiis Imperio relinquere ac seruari potuisset, sed cum hac propositione intra praesens, tempus non acceptae fuerint & Gallia armorum suorum successu eas postmodum immutauerit, pax quoque cum foederatis qui una sponsores erant, subssecuta sit, ita ut imperator & imperium e re sua duxerint, potius amore pacis in dictas mutationes consentire, quam graue incertumque prosequi bellum, sacra sua regia maiestas consilii, neque in praesens, neque in posterum vel Guarantiae vel mediationi suae officii ex hoc capite cul-*

pac

testate pacificatoris semper est, mentes paciscentium in aequissima postulata inclinare suisque persuasionibus tantam vim adicere, ut in castra sua descendant. Ne ergo aliquam reprehensionem partium incurrat, e re sua est, omnem culpae suspicionem publice a se remouere. Quum etiam nullo partium studio infectus esse debeat, muneris ratio postulat, vt pace peracta omnium litteras recipiant & in archiuo suo reponant, qui contra pacis adserta aliquid denuntiant vel dissentum suum contestantur. Nihil frequentius est, quam paci confectae a multis contradici. Pacificator incurius, quo iure quauē iniuria quis dissentu suo intercedat, omnia, quae contradicuntur recipit: non enim iudex est, qui iustitiam actionum dispicit, sed pararius pacis, qui medius inter omnes cuiusuis desideria admittit & pro more gentium documenta quaeuis sibi adlata in archiuo *mediationis* adseruat b).

CAP.

*pac quicquam imputatum iri. Porro cum in ipsa tractatus conclusione noni quid circa ecclesiastica in instrumento pacis Westphalicae stabilita exortum sit, ea de re suae regiae maiestatis legati extraordinarii & plenipotentiarii expresse sibi referunt mentem suae regiae maiestatis intra terminum commutandarum ratificationum declarare. Actum in palatio Ryrwicensi die 28 Octobris 1697. Mem. & negot. de la paix de Ryrwick. T. 4. p. 8. f.*

- b) Quum pacificator medius sit inter partes litigantes & quibusuis iuribus velificare debeat suis consiliis, nihil recusat, nihil detrahat, quod ad pacis negotium & iura spectare videtur. Dum enim gentes pacta iuratae ipsi medias partes detulerunt, eius quoque fidei committere voluerunt quaeuis documenta, quae negotium respiciunt. Eius archiuum, tanquam locum medium selegunt, in quo acta sua reponerent & vnde data occasione in fidem publicam repeti possent. Non iudicis spartam detulerunt, sed conciliatoris: quamuis igitur petita varia & postulata videantur iniqua & leges iustitiae & prudentiae migrare, non tamen eius est, ad suum tribunal illa vocare & quid adoptandum, quid reiiciendum sit, lance iustitiae expendere. Admittit, recondit, adseruat, quaecumque offeruntur & sibi reddita esse, testatur.

Fidem



CAPVT IV.  
DE  
IVRE ET OFFICIO PACIFI-  
CATORIS CIRCA FINIENDAM PA-  
CIFICATIONEM.

SVMMARIVM

- §. I. Docet modos finiendi munus pa- §. IV. agit de obseruandis officiis pa-  
cificationis. cificatoris circa abitum.  
§. II. gratum animum significari pu- §. V. de nonnullis eius iuribus & of-  
blice paratis pacis. ficis post finitam mediationem  
§. III. dona quoque offerri & iuste dispici.

§. I.

**P**Auca restant dicenda de finiendi pacificandi mune-  
re, quod non vno modo fieri adsolet. Exspirat mu-  
nus paratis pacis (i.) Laesione iurium & officio-  
rum, quae vel partes litigantes ab illo, vel mediator a par-  
tibus

Y 3

Fidem habet publicam suum archiuum, suum protocollum, cui gentes  
acta sua concediderunt, vnde firmam rerum notitiam repetere pos-  
sunt. Quando igitur nonnulli pactis conuentis contradicunt literis,  
quas *protestationes* appellare solent, eas omnes sine custodisse man-  
cipatas studiosè recipit & in publicam memoriam reponit. Sui non  
est, contradicentibus aliorum praecauere: ad pacificentes haec cura  
spectat, qui saepe operam dant; vt pacis capitibus inferatur, vt nulla  
omnino contra eadè protestatio aut contradictio locum aut robur  
inuenire debeat, quemadmodum in pace Westphalica factum esse  
constat. vid. *Acta pacis Westphal. c. 31. p. 469*. Ipse enim pacifi-  
cator in nullas partes descendit nec vllius iuri suo factio aliquid detra-  
here admittit: omnia pacto peragenda. Protestationum, quas vo-  
cant, exempla copiose occurrunt, quae pacificatores, sine vlla diffi-  
cultate acceptant. vid. *DISDIER Hist. de la Paix de Nimègue p.*  
*249. sqq.* LVNIG *Syll. negot. publ. T. 3. p. 110. Acta pacis Westphali-*  
*cae, Neomagensis, Kyrucentis.*

tibus urgere potest. Si non fatisciat querulantibus vel pacificentes recedunt a *mediationis* placito vel pacificator abdicat se munere suo. Multa hic impedimenta obiici possunt, vt ab ytraque parte muneri renuntietur a). Ad-  
haec

- (a) Si mediatori molestiae creentur vel sine perpetuis incommodis muneris suo inuigilare nequeat vel suspitionibus acrioribus prematur, vt inter perpetua obtaclula ei progrediendum sit, in malam partem rapi nequit, si sparta semel suscepta ulterius defungi nolit. Danus, cui mediatio delata erat ad tricennalis belli odia exstinguenda, pertactus difficultatum pronascentium, animum habebat declinandi spartam, teste PVENDORFFIO rer. Suec. L. 12. §. 75. p. 423. *Et tempore a Dano circa pacem parum mouebatur ac referebat legatus Anglicus Glucstadio reuersus, regem quidem velle tractatu moderari, sed quia videat Caesari iuxta ac Succis operam suam parum gratam, fortasse eam curam exiturum. Nec pacificentibus aperius interpretandum, si mediatorem semel constitutum ob fonticas causas respuant. Laedi potest nonnumquam decorum ea in re, dum vel in dissidentiae signum trahitur, suspectum esse mediatorem indicat vel illum negligentiae in officio praestando accutat vel opinionem de iis ipsis incitat, qui mediatorem reiiciunt, quod pacis sincero studio non ferantur. MAZARINVS, magnum illud Gallorum sydus, parum contentus erat de industria nuntii apostolici & legati veneti, qui pacificatoris munus circa pacem Monasteriensem susceperant; suadebat ergo, vt sine eorum interuentu in posterum ageretur, quod tamen ipsis Gallorum legatis non placebat: Le Cardinal Mazarin, qui ne trouvoit pas son compte avec le Nonce & avec l'Ambassadeur de Venise, escriuoit aux Plenipotentiaires de France, qu'il falloit negotier sans eux; mais d'Autaux dit, qu'on ne pouvoit, sans scandale exclurre de la Mediation des Ministres, qui y travailloient depuis trois ans; parce que cela seroit errier le Monde, qui auroit sujet de croire, que l'intention de la France estoit de rompre la negotiation dans un temps, où on se croyoit à la veille de la conclusion de la paix. Et de fait les Plenipotentiaires escriuierent au Cardinal, qu'il n'y auoit point d'apparence de faire cet affront aux mediateurs, qui au trauers de leur procedé des obligeant n'auoient pas laissé de rendre plusieurs bons offices à la France, & qu'ils ne laisseroient pas de s'en seruir comme de personnes necessaires, bien que suspects. WICQUEFORT L'Ambassadeur L. 2. sect. II. p. 246. Conf. Negot. de la paix de Münster T. 2. p. 200. sq. 278. vbi ipsae litterae hac de re deprehenduntur.*

haec (2.) cessante toto negotio, a quo conciliandi munus  
suspensum est, illud ipsum quoque cessare intelligitur siue  
abruptatur siue conficiatur b). Accedit (3), mutua vo-  
luntate pacifcentium, admisso etiam in conuentu pacis  
para-

duntur. Non tamen de iniuria sibi facta conueni potest mediator:  
omne negotium pacificatoris nititur amico omnium partium arbi-  
trio, iuris perfecti nihil vel parum continet, humanitatis exercet officia  
& sustinet iura. Eadem ergo libertate, qua belligerantes media-  
torem adoptarunt & haecenus admiserunt, possunt ab eius consiliis &  
intercessione discedere & pacta inter se sine alieno auxilio inire. In  
admissione mediatoris noluerunt perfecte obligari, consensum dede-  
runt ad illum adsumendum, sed citra pacti indolem, quae necessita-  
tem agendi imponit: abire hinc licet ab opera, quam amice & hu-  
maniter aduocarunt. Praegnantibus habere possunt rationes, cur nunc  
placeat, ab omni aliorum ope abstinere in pace componenda: nullo  
iure tenentur ad eas manifestandas. Sufficit, se ea ratione neminem  
laedere nec aliud quidquam agere, quam ut in re metuae facultatis  
suo iure innocue utantur. Quod si mediatores aperte officii ratio-  
nem negligant, non habent, cur conquerantur. Quando partibus  
nimium fauent, bello se immiscet, auctoritatem decidendi sibi ar-  
rogant, partium adfensum minis extorquent alisque erroribus mu-  
neris limites migrant, non possunt commode ulterius pro mediato-  
ribus haberi. Suecia conciliatoris partes ante pacem Neomagensis  
cum Anglis sustinuerat: sed quum Sueci arma inferrent Bran-  
denburgico; *cette invasion mit fin a la mediation de cette couronne  
& par la, le Roi d'Angleterre fut le Seul, qui en demeurant chargé.  
Mem. de TEMPLE p. 46.* Nihilominus legatus Suecicus prae se  
ferabat mediatoris speciem, cuius latuam ei ordines Belgii federati  
detrahebant: *Sur quoy les Etats enuoyerent dire à M. Ebornstein  
Ambassadeur de Suède à la Haye, qui faisoit toujours encore la fi-  
gure de Mediateur, qu'à l'avenir il n'eût à presenter aucun me-  
moire sur le sujet de la mediation, puisqu'il ne les pouuoient rece-  
voir de la part d'un Ministre d'un Prince, qui ouuertement & sans  
aucun deffaut auoit attaqué un de leurs Alliez. Mem. de TEMPLE p. 109.*  
vid. quae c. l. §. 9. diximus.

b) Potest tamen abrupto negotio omnem lapidem moliri pacificator, vt  
redintegrentur consilia pacis sumque munus hac ex parte continua-  
re in utilitatem dissentientium. Cuius amico conuenit, concordia-  
m reducere; multo magis id competet ei, cui belligerantes detule-  
rant haecenus spartam pacis restituendae.

parario, pacem tamen eo non consulto, immo inuito posse fieri: est enim res meri arbitrii, pacem pangere interuentu consiliorum alicuius pacificatoris c). Mors porro, (4) finem muneri imponit, siue moriatur pacificens, cuius successor nullo iure tenetur ad eandem partem in altero approbandam d): Siue moriatur *mediator*, qui man-

c) Vid. praeced. not. a. Accidit id saepius, vt vna vel altera pars pacificantium mediatorem reculet, quamuis agnoscatur a reliquis. In conuentu Olluenti a. 1660. neque oratores Caesaris neque Brandenburgici confenserant in pacificatione legati Gallici: *hierauf übergeben die Dohlen die zwischen dem Kayser und Chur-Brandenburg mit Schweden besonders aufgerichtete Friedens-Instrumente zu unterschreiben / weil beyde den französischen Gesandten vor Feinden Mediator agnosceren / und also mit den Dohlen und ihnen zugleich nicht unterschreiben wollten.* Daber wurde auch in dem denen Bayrischen überrichteten Friedens-Instrument am Ende Feindes *mediatori* gedacht. *Lvsig. Theatr. caesim. T. 1. p. 87.* Nuntii apostolici mediatorem toties recusarunt principum Evangelicorum legati, quamuis romano-catholici eum admitterent.

d) Kara quidem & vix obuia sunt exempla successorum, qui quando durante pacis negotio antecessor occubuit, mediatorem seculi constitutum reiecerunt. In tanto enim negotio non singularis animi affectus, sed publica regni vtilitas principem commouit, vt pacificatorem seligeret, publicae saluti reparandae accommodatum, in quo eam ob causam nihil habet successor, quod desiderare queat. Pace Olluenti paene ad finem perducta diem obibat extremum CAROLVS GYSTAVVS rex Sueciae cuius velligiis insillebat in pace conficienda successor CAROLVS, quod in prooemio pacis Olluentis declaratur: *Licet in eius fere decursu praememoratus Serenissimus Rex Sueciae, disponente ita diuina prouidentia mortali hac vita decesserit, tractatus tamen hic, renouatus a serenissimo & potentissimo principe ac domino, domino Carolo, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque rege ac principe haereditario, magno principe Finlandiae &c. &c. &c. plenipotentiarum tabulis (quae ad caeterum huius tractatus quoque inseruntur) feliciter continuatus est, & tandem ad diuini nominis gloriam & christianae reipublicae salutem patres omnes in mutua pacis & amicitiae leges consenserunt & conuenerunt. vid. GASTELIVM de statu publico Europae p. 263. Corpi diplom. T. 6. P. 2. P. 304.* Sed alia quaestio est, an liberum sit successori, recedere a pacificatore, quem

mandato suo, quod pro arbitrio suscepit, successorem obligare nequit. Denique 5) si status vel mediatoris

Z. municipal. aut silvel

quem sibi antecessor selegerat, quod omnino adfirmandum. Neque enim is adsumit deprecatorum pro se suisque successoribus, quos ne quidem tam subito expectavit neque pacto aut perfecta obligatione eius operam suscepit, sed amice & ex mero arbitrio. Quum ergo ipse non ita sit adstrictus operae mediatoris, ut eam repudiare nullo modo possit, multo minus ea necessitas successori imponenda, qui factio antecessoris non tenetur. Si consensu procerum regni populique mediator fuerit constitutus, eo nomine successor subscribere debet pristinis placitis circa pacificatorem nec ab iis resilire licet, nisi ordines imperii consentiant.

e) Mortuo principe mediatore, successor non obligatur, ut idem munus suscipiat, sed suo arbitrio. suo iure partibus consentientibus denuo illud admittit. Novus opus est petitionibus, novo humanitatis & amicitiae consensu, quo mediator constituitur & recipitur. Inter consilia pacis Ryswickensis vita excedebat CAROLVS XI. rex Sveciae, qui curam haecentis in pace concilianda desixerat. Successor CAROLVS XII. communi consensu statim recipiebatur, quod ipse declarat novis literis potestatis, legato suo primi ordinis BONDIO concessis: *de latum dico parenti vestro, gloriosissimae memoriae a partibus nostro bello implevit, mediatoris munus & post excessum eius eandem concordibus suffragiis in nos derivatum & devolutum. Mem. & negot. de la paix de Ryswick T. 4. p. 2.* Mors legati mediatoris non mutat officium suo principi delatum: Si ei soli cura fuerit commissa, alius mitti potest, telam inceptam pertexturus. In conventu Bredano mortem oppetebat legatus Svecicus de COYET, cui insigne elogium tribuit v<sup>o</sup> ESTRADIS T. 5. p. 305. *Nous avons perdu depuis le dernier ordinaire un de nos Mediateurs: Monsieur Coyet est mort en quatre jours d'une érépèle venrée qui lui causa un transport au cerveau; C' étoit l'ame de l'Ambassade, & cela pourra nous embarasser si la Negotiation s'échauffe, & qu'il soit nécessaire que les Mediateurs mettent la main à la plume pour concilier la différence des Projets, ce qui sera difficile à Messieurs Flemming & de Dobna. Monsieur Coyet étoit un fort habile homme, qui avoit eu la principale confiance du feu Roi de Suède, & qui remplissoit le poste, qu'avoit tenu autrefois Monsieur Salvius.* In eius

vel pacificentium ita mutetur, vt locus esse nequeat vltorius conciliationi pacis, euanescit officium, quod eius causa fuit susceptum f).

§. II.

Quando pacificator muneri rite satisfecit & ex voto pacificentium pacem ad finem perduxit, pacificentium est grarum animus significare. Beneficium praestiterunt pararii pacis & officium inigne humanitatis, quod consilia sua licetibus pacificentium interponere voluerint. Declararunt suam benevolentiam, adhibuerunt operam, impenderunt sumtus, vt concordiam diligenter reducerent. Decet optime meritis referre gratiam & mentem tanti studii memorem vberius declarare. Quod fieri solet vel verbis vel factis: verbis, quando non tantum in conuentu legatorum adgnoscent ministri gentium, se pacem iis acceptam ferre, sed etiam quando principes legatos ad pacificatores principes mittunt, vt grates decentissimas publico nomine agant, quod & litteris sua manu conscrip-

eius locum nullus alius sufficiebatur, quoniam duo alii legati supererant, exanthando negotio sufficientes.

f) Si mediator ex statu pacis in statum belli incidat: Si populus belligerans durante pacis tractatione bello opprimatur, & in prouinciam redigatur &c. cessare intelligitur officium mediatoris. Non tamen quacuis status mutatio hic munus eius suspendit, sed ea quae incapaces reddit populos ad pacem vel amplectendam vel conciliandam. Si republicae forma quodammodo mutetur, ex limitata reddatur absoluta & vice versa, vel intestinis diffidiis vexetur &c. non statim exinde ineptus redditur pacificator, ad lites inter populos componendas.

ptis significare solent a). Factis plerumque gratum animi  
 Z 2 mum

a) Decorum gentium postulat grati animi significationem pro praestito humanitatis officio. Quum intercedente legato Gallico TERLONIO pax Bremensibus redacta esset, rex Sueciae peculiari epistola regi Galliae gratias decernebat: *Après la Paix faite, le Roy de Suede voulant remercier V. M. de sa mediation commanda devant moy au Sieur Erenstein l'un de ses Secretaires d'Etat, de faire une lettre pour cela, luy ordonnant qu'il luy donnaist le titre de Majesté, voulant commencer de l'en traiter. Ce qui fit que V. M. luy en donna par la réponse qu'elle m'envoya. Ce qu'elle n'avoit pas fait depuis l'abdication que la Reyne Christine avoit faite à ce Prince de sa couronne. Mem. de TERLON p. 106.* Finita tractatione pacis Rysnicensis ordines helgii federati conjunctis sententiis statuiebant: *que par une lettre on remerciera le Roi de Suede de sa Mediation, du zèle, des soins & des peines avec lesquelles il s'y est employé & qui ont produit la Paix générale, à laquelle ces Etat a si bonne part. Que cette lettre sera envoyée à Messieurs de Heekeren, Envoyé Extraordinaire, & Rumsf, Resident de leurs Hautes Puissances, à la Cour de Suede, afin qu'ils la délivrent à S. M. Suedoise, en l'accompagnant de complimens propres au sujet, & en la remerciant de bouche, au nom de leurs Hautes Puissances, de sa Médiation. Et Messieurs Heinsius, de Dykvelt & de Haren Ambassadeurs extraordinaires & Plenipotentiaires de leurs Hautes Puissances aux Traitez de Paix, sont requis & Députés pour remercier aussi Messieurs le comte Bondé & le Baron de Lillieroot, Ambassadeurs Extraordinaires de sadite Majesté Suedoise de ladite Médiation, comme aussi des peines qu'ils ont prises & des bons offices qu'ils ont rendus pour procurer la paix. Mem. & negot. de la paix de Rynwick T. 4. p. 233.* Vbi ipsae litterae ad regem Sueciae datae exhibentur. In conuentu Veruinenfi pace confecta gratiam referebant oratores Legato a latere, qui arbitrum se gererat: *Qu' ils devoient beaucoup, dicebant legati Gallici, au soin paternel de sa Sainteté, qui s'estoit employée avec tant de soin pour disposer les esprits de ces Princes, qui sans ce moyen ne se seroient pas approchez ny recherchez l'un l'autre; Qu' ils remercioient aussi Monsieur le Legat, de tant de peine & de sagesberies qu'il avoit supportées pendant cette longue & facheuse negotiation, à laquelle auroient grandement seruy, sa patience,*

num exponunt, quando conciliatores pacis participes reddunt commodorum, quae ex pactis conuentis redundant eorumque tabulis ipfos complectuntur b).

§. III.

Dona quoque legatis mediatoribus distribui solent. Est quidem more gentium opus gratuitum, quod sua se gloria & mercede compensat. Magnificum enim & gloriosum est omnique victoria maius, sanguini gentium parcere litesque dirimere, quae belli internecini causam alias suppeditassent. Neque principum maiestas admittit studii sui mercedem, quorum animum excelsum non decet, spe remunerationis ad exercendam in gentes humanitatem moueri. Attamen grati animi significatio introduxit proemia laboris praestiti, quae tam salutaris rei administris exhibentur. a) Qui quidem peccarent in offi-

*rience, sa prudence, & ses bons conseils. Ils remercièrent aussi Monsieur le Nonce & le pere General. Les Ambassadeurs d'Espagne, puis celui de Savoye, firent semblable declaration & remerciement. Mem. d' ANGOULESME p. 348. Turcarum imperator non negligebat hoc officium in Batauos de pace Passarowitzensi restituta: Le 26. le Vizir remit lui meme a son Excellence deux lettres, d' une du Grand Seigneur & l' autre de lui, pour remercier leurs Hautes Puissances de leur mediation. Mem. de THEVLS p. 387. Decorum tamen hoc non obseruabant Turcarum legati: Les mediateurs n' aiant pu ajuster ce differend les ministres Turcs partirent sans prendre congé de personne & même sans remercier les Mediateurs des peines, qu' ils s' estoient données pour retablir la paix. Mem. de THEVLS p. 379.*

b) Supra iam docuimus, ex grata voluntate pacificentium mediatores pacis ambitu & commodis comprehendi c. 3. §. 1. not. e.

a) Videtur aliquod ius mediatoribus pronasci ex natura mandati, vt a pat,



officium pacificatoris, si durante negotio muneribus re-

Partibus, quarum negotium geritur, sumtus mandati & negotiorum causa erogatos repetant. Sed siue sponte negotium pacificationis susceperint, siue inuitati sint a pacificentibus, dignitas & magnanimitas principum requirit, pretium vel proemium nullum in sanctissimo & gloriosissimo opere aucupari. Opera mercenaria non decet principes. Vsu tamen & moribus gentium receptum est, aliqua pro labore elargiri publicis mediatoris ministris. D' ESTRADES ea de re admonet primum regis Galliae ministrum: *Vous savez, Monsieur, que lors qu'on fait des Traités par l'entremise des mediateurs on leur fait d'ordinaire des presents. Mem. d'ESTRADES T. 5. p. 379. & T. 6. p. 21. Quoi qu'à la verité ces Messieurs n'ayent pas eu beaucoup de peines pour nos affaires, la bienfaisance veut neans moins, qu'on en use a leur egard, comme on a toujours fait dans de semblables occasions. Conf. ibid. p. 29.* Negotio pacis Carolowizenis exantlato a. 1699. Caesar dona dispensari curabat: Inzwischen wurden auch den bey dem Friedensschluß gewesenem Herrn Plenipotentiarien also angeordnet / daß die Türkische haares Geld / nemlich / Mehemet Reichs Essendé 30000, und Mansurordato 20000, oder 25000, Rthlr. Die Herrn Mediatoren aber / als der Königl. Englische Mylord Paget und der Holländische Herr Colier, jeder ein Kaiserlich Portrait mit Diamanten besetzt / jenes von 6000, dieses von 3000, Rthlr. und deren secretaren jeder eine güldene Kette / samt einer Medaille 200. Ducaten schwer / der Engelländische aber / weil er öftters verschießt worden / noch 300. Ducaten an Gelde dazu haben sollte. Nec Turci Imperatoris deerat liberalitas. Denen Herren Mediatoren wurde ihr Geschenk noch vorbehalten / und erlauber / den völligen Türkischen Sabit zu tragen / so bey ihnen vor eine grosse Ehre gehalten wird. LVNIG. *Theatr. caerim. T. 1. p. 954.* Hinc facile sequitur, legatum mediatoris non posse conqueri de iniuria sibi facta, si nullo proemio donetur: iure enim perfecto id non poterat postulare, quia eiusmodi dona ex mera humanitate proficiantur. Neque legato mediatore forte mortuo eius heredes possunt donum exposcere, quamvis obtinuerit consuetudo, vt grata propensione etiam viduae vel liberis legati demortui exhibeantur. Mortuo FLEMMINGIO post pacem Brethanam viduae donum regis Galliae traditum: *Je ferai remettre ici, scribit de LIONNE Parisius, a Mon-*

cupiendis animum adiicerent. Sed finita pace sine vlla suspitione dona accipere queunt, quibus gentes gratæ voluntatis signa efferre quosque munerare constituerunt, præsertim, si ab vtraque pacifcentium parte iis condonentur. Quantitas donariorum arbitraria est: decorum postulat, vt & dignitati dantis & diligentiae præstantiaque accipientis accommodentur. b)

§. IV.

Antequam profus decedant, de loco conuentus & territorio, in quo pax confecta est, non tantum legatis singulis pacifcentium, quibuscum iis res fuit, valedicunt, nisi caerimoniarum difficultates obtiterint, quominus cum nonnullis conuenire potuerint, a) sed quæ

*Monfieur de Pufendorf le present du Roi pour la Veuve & les Enfants de Mr. Flemming, d'ESTRADES Mem. T. 6. p. 120.*

b) Peracto negotio nihil suspitionis superest, quando ab vtraque parte pacifcentium æqualis remuneratio expectanda. Quantitas muneris pendet ab arbitrio donatoris: decorum eam componit ad dignitatem dantis & præstantiam accipientis. d'ESTRADES huc respicit Mem. T. 5. p. 330. *Il est tenu d'y penser si sa Majesté en a le dessein. Messieurs Flemming & Dobna sont deux Personnes de considération, le premier Schateur & des plus anciennes Maisons de Suède, l'autre Maréchal de Camp & Homme de service & de mérite, Neveu de Madame la Princesse Doüairiere d'orange.* Adducit quoque T. 6. p. 17. quanta fuerit pecunia, quam ordines Belgii federati legatis Suecicis dederunt: *Monfieur de Beverning nous a dit, que le present, que les Etats seroient a chacun des Mediateurs seroit de 4000. ecus.*

a) Quemadmodum in conuentu Neomagenfi cum legato hispanico de la FVENTE accidit, qui primum locum Anglis mediatoribus concedere volebat adeoque visitationis officium omne intermissum erat.

Dis.

que non discedunt infalutato principe, in cuius terris negotium fuit exantlatum. b)

Quae de iuribus & officiis pacificatoris finito omni mediationis negotio moneri possunt, ea ex superioribus facile diiudicare licet. Archiuum mediationis perpetuo fidem publicam habet & genes data occasione, quamvis rarius se offerat, ad eius documenta prouocare & exempla eorum exinde repetere possunt. a) Num officium,

DISDIER *P. hist. der negot. de Nimégue*, p. 309. Cessabat hanc ob causam quoque valedictionis ciuitatis.

b) Pace Rysuiceni facta legatus Suecicus LILIENROOT, qui pacis pariter fuerat, ordinibus Belgii federati peculiari uisitatione & oratione latino idiomate concepta ualedicebat, qua eos de amicitia regis sui certiores esse iubebat, curam, quam in pacis negotio habuerat, modeste exponebat, pro beneuolentia omni & humaniter gratias debitas referbat uotisque suis pro perenni sui regis ordinumque amicitia se iis commendabat. *Mem. & negot. de la paix de Ryswick* T. 4 p. 359. Quod etiam legatus alter BONDIVS fecit. *ibid.* p. 269.

a) Causa, cur rarius ad archiuum mediatorum recurratur a gentibus, in eo consistit, quod quibus legatus pacifcentium suo archiuo legationis gaudeat, in quo eadem documenta, quae vitro citroque exhibentur, reponi & adferri solent. Haec quum inferantur postmodum archiuis pacifcentium, non facile desiliuntur cognitione, quam ex documentis haurire cupiunt. Sed quum archiuum domestica partibus suorum principum nimis saepe indulgeant & in confignandis protocollis fauor apud legatum locum inueniat, uilitati litigantium consentaneum est, ad archiuum mediatorum partium studiis non infecta recurrere. Obseruat illustris LVDEWIG in *Heilsfelden teutschen Schrifften* p. 325. 19. Man darf sich nicht verwundern, warum officers zwey Archiue einander entgegen seyn und aus was Ursach in diesen friedens-Negotio das Kayserl. mit dem Churfürstl. Krumwegischen in caeremonialibus absonderlich nicht überein kommen.

cium pararii pacis requirat, vt si quid post aliquod temporis interuallum contra pacem constitutam ab aliquo pacificentium agi videat, alterum debeat monere, ne pericula imminencia incautus negligat, non adeo apertum est. b) Si procedente tempore pacificentes noua capita

hercinstimmen wollen. Accedit etiam archiuum mediatorum multo plura ingredi negotia & documenta, quam quae singulorum legatorum scriuis continentur, quibus ea potissimum inferi curant, quae ad sua negotia pertinere intelligunt. Habet praeterea fidem publicam, non in territorio saltem principis mediatoris, sed inter gentes omnes, quae suo consensu mediatorem admitterunt & adnouerunt: dum enim deferunt sua postulata & negotia ad mediatorem eiusque protocollis congerunt, tacite fidem eorum profiteantur.

b) Quidquid ad exsequendam pacem pertinet, vrgere potest mediator, conuentu licet penitus dissoluto. Pax enim nulla est, nisi effecta reddantur omnia, quae eius pactis continentur & promissa sunt. Pacificator, qui pacem plenam perfectamque reducere debet, recte sibi ius arrogat omnem mouendi lapidem, vt capita pacis exequutioni mandentur. Impedimenta omnia remouere studet nouasque suspensiones exlinguere, quae moram iniiciunt. Quum CAROLVS GVSTAVVS nouam belli causam in Danum anxie quaereret, eius orator varias de Dano querelas mediatoribus exponebat: *Ce ministre Suedois disoit souvent que le Roy son maître ne pouvoit souffrir sans une extrême jalousie, que le Roy de Danemarck fist faire des levées en Hollande, m'ayant souvent prié comme Médiateur, de les empêcher, m'assurant qu'on ne pouvoit prendre un meilleur party pour conclure bien-tost toutes les affaires, que d'oster au Roy son maître toutes sortes d'ombrages. Il disoit la mesme chose aux autres Ministres Médiateurs, sans doute pour la mesme fin. Mem. de TERLON. p. 118.* Sed Terlonius summa diligentia vrgerebat promissorum exequutionem: *Il luy rendit ma lettre qui contenoit les instances, que je faisois a Coppenhagen pour l'exécution du Traité, dont j'étois mediateur. Mem. de TERLON. p. 120.* Si ergo nota belli molimina detegat mediator, quae pacem constitutam nondum autem ad effectum adductam vel turbant vel morantur vel plane incipiunt, sui iudicis esse officii, alteram partem de invidiis huius, de nouo

vel pacta peculiaria infcio mediatoro paci factae adiciant, non videtur ius competere mediatori, vrgendi pacifcentes, vt eadem fecum communicent. c) Secus iudican-

A a

can-

nouo belli conatu, studio, apparatu admonere, vt cautione omni adhibita noua turbatum consilia interrumpantur & pax facta stet & inconcussa. Suo exemplo hoc officium illustrat T E R L O N I V S :  
*Tout ce que m' avoit dit le Duc de Gottorp, & tout ce que j' avois pu penetrer dans le peu de temps que je fus en Holstein, m' obligea d' écrire au Grand Maître Guesdorp, pour avertir le Roy de Danemarque, que le Roy de Suede assembloit ses Troupes, sans qu' on pût sçavoir contre qui il avoit envie de les envoyer. Cét avis ne fut pas à contretemps ny sans fruit, car j' ay sçu depuis de luy-mesme, que par la foy de ma lettre, il avoit fait entrer quelque monde dans Copenhagen. Je crûs alors que l' engagement où se trouvent tous les Médiateurs de finir la Guerre, & de faire réussir les Traitez de paix qu' on leur a confiez, exigeoit de moy une semblable conduite, estant persuadé que je ne manquois en rien à l' égard du Roy de Suede, qui ne m' avoit rien confié qui me dût obliger au secret. Mem. de TERLON p. 123.*

Quando autem omnia, quae pacta pacis requirunt ad exitum perducta sunt, & longo post temporis intervallo novae lites inter pacificentes oriuntur, quae bellum cire volunt, non statim ad curam pristini mediatoris res spectare videtur. Noua enim sunt iurgia, quae cum litibus ab eo olim sopitis nullum inuolunt nexum, quae vt componantur liberum erit litigantibus, cui pacificationis operam deferre velint. Quod si tamen novae lites ex obituro tabularum pacis sensu vel ambiguo subnaicantur, non alienum est ab officio mediatoris, interponere se novis litibus & amica expositione veri sensus in pactis, quae olim sua opera inita fuere concordiam reducere: quamvis ius interpretandi authentice & sensum cum auctoritate praescribendi non habeat, vt supra diximus.

c) Duo mihi discernenda hic esse videntur: alterum num pacta adiecta pacis negotia spectent vel an plura alia plane capita contineant, quae pacis negotia nullo modo ingrediuntur: alterum num pacificator solum mediatoris spartam sustineat vel an simul *Garantiam* pacis susceperit. Quod ad primum attinet, supra ostensum est, pacifcentes inuito mediatore totum pacis negotium tractare & ad finem perducere posse; multo magis poterunt de articulis separatis infcio & inuito

candum, si fideiussor pacis factus sit & garantiam suscepit: ex hac enim alia iura promanant, quae munere pacificatoris non continentur.

inuito mediatore pacifici, quos secretos esse volunt nec aliis, nisi solis pacificentibus innotescere. Sive detrahant aliquid capitibus conuentis in pace exhibitis vel addant aliquid, mediatori hoc perinde esse potest, qui suo officio satisfacit, quod pacem pangendam accurauerit. Arbitrio pacificentium relictum est, quidnam velint cum mediatore consilii causa amice constituto communicare, quid velint secretiore silentio premere. Alia vero res est, si pacis simul *Garantiam* suscepit; tunc enim eius interest, ut sciat, pro quibus pacis contentis fideiusserit. Praefata quoque *Garantia*, pacificentes oportet eum edocere, si quaedam mutare velint, in pactis conuentis, quorum firmitatem & securitatem sua fideiussione roborauit ad omnem immutationem praecauendam. Communicationem denique pactorum adiectorum postulare nequit, quamuis etiam fideiussor factus sit, si noua pacta ad negotia pacis sua tutela munitae plane non spectent. Liberum enim pacificentibus est, alia commoda pactis denuo initis sibi acquirere, in quibus neque mediatorem neque fideiussorem interuenire volunt. Minime interest nec mediatoris nec fideiussoris, quorum munia pacem dumtaxat respiciunt, quam pacta noua non ingrediuntur. Ea ratione non poterit vrgere, ut pacta commerciorum, federum & amicitiae, matrimoniorum reciprocorum &c. quae saepe pacem consequuntur, ad se deferantur. Benevolentiae & humanitatis signum est, si pacificentes mediatoribus eorum notitiam impertiant, iure nullo ad id officium praestandum tenentur. Id quod satis enucleate exponit auctor de la reponse aux remarques sur l'Analyse du traité d'Hamouer p. 8. §. 10. Mais ce qui est fort à considérer icy, c'est que quand même la paix se seroit faite à Cambrai par la médiation de la France, & de l'Angleterre. ces deux couronnes n'eussent pas été pour cellà en droit d'intervenir aux Traitez de commerce, & d'alliance, ni d'en demander conuention. Il est sans exemple, que des Mediateurs l'ayant prétendu, ni même qu'ils y ayent été appellés. Cela ne se fait ni à Nimègue, ni à Rydvick, qui ont été des congrez celebres, & où les prerogatives de la médiation ont été portées aussi loin qu'elles pouuoient s'étendre.

TK 5158

40


ULB Halle 3  
006 305 822



✓D 18

W. 5







COMMENTATIO  
 DE  
 NEGOTIO  
 PACIFICI  
 INTER  
 IVRA ET  
 PARALI  
 ACTIS PVBLI  
 LEGATORVM  
 PENITIVS  
 IO. CHRISTOPH. J.  
 BRVN  
 HELM.  
 LITERIS PAVLI DI  
 ACAD.  
 clol

